

28 jui 1856

5

F 5815

P R É S E N T É

P A R

MGR. L'EVEQUE DE ST. HYACINTHE,

A SON CLERGE,

COMME SOUVENIR DE LA RETRAITE

D E 1866.

---

VENERABILI FRATRI CAROLO EPISCOPO SANCTI HYACINTHI.

PIUS P. P. IX.

Venerabilis Frater, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Nuper Nobis redditæ sunt observantissimæ Tuæ Litteræ die 24 proximi mensis Maii datæ, quibus significas, Te Nostris mandatis obsequutum non sine levi timore istius Sti. Hyacinthi Ecclesiae regimen suscepisse, cui Te Episcopum et pastorem præficiendum esse censuimus. Ac singularem Tuam erga Nos, et hanc Petri Cathedram pietatem et observantiam luculenter confirmans declaras, Venerabilis Frater, Te propriis viribus plane diffisum Tuam omnem in Deo spem collocare, quo gravissimum munus Tibi à Nobis commissum sustinere queas. Tuere porro hos egregios religiosos Tuæ mentis sensus catholico Antistite omnino dignos, ac divino illius auxilio innixus, qui humiliibus dat gratiam, labora veluti bonus Christi miles, et in